

in numero civium, sed in hoc triumphant quod vindicaverunt patriam ab omni contagio Hardenbergiae
dissipatione. Nam Legatis solenniter praecuntibus verba, iunctis dextris, conspiratum est in veti fer-
mentum pseudolutheranicae factionis. plane ut mihi nostri videantur suam quidem gloriam utrunq;
stabilivisse. De! autem veritatem & decus, adversariorum ludibrijs prostituisset. Homines Glauco stupi-
diores. abiectum arma aurea, de plumbeis insignibus gloriantur. Valde sibi placent de revento gradu di-
gnitatis in Curia: Cuius non potius cruciantur quod hac impia defectione se ipsi indignos iudicant
coelesti vita? Dimissis honorificis legatis vulgatum est instrumentum mutui consensu. Nempe ut pars
utraq; apud usitatum in Saxonia superstitionem praesertim de Sacramento altaris, utroq; (quod aiunt)
pede consistat. Tum autem ne quis feratur vel in Schola, vel in Ecclesia qui segete docere praesumat.
Cuius expectem, euentus docebit. Certe Antagonistis animus malus est factus amplior, adeo ut aperte
audiant praesentibus maledicere. Sed ego pergo usque eadem libertate quam semel Senatus in Schola
permisit. Cui salua non deseram stationem quamlibet operasam & gravem: Si derogare quidquam
reperint, & me in ordinem sua conspirationis velle cogere, efficiam ut cum bona gratia peregrinum di-
mittant. Vale. cum uxore dilecta, & dulci familia, postredie Cal. April. 1.5. 6.8. Brem.
[2. IV. 1568]

Johannes Molang.

Clav. p. dort. Alberto Hard. Pax Christi.

N. 141

[= Moev. a. 12]

N. 141

Christissime Doctor. scio futurum quocumque me versero, ut ingratos experiar huius saeculi filios: ad eam re-
mes animi beneficio Spiritus iam pridem occalluit, ut in Dei pace quiescent non admodum laborer qualiter
erga me sint homines qui beneficijs effarantur. Sed est aliud quod me non mediocriter affligit. nempe quod
desunt hic iam ea exercitia pietatis quibus non magis carere sine noxa possum: quam aqua piscis. Non
est tibi ignota mei perfortis imbecillitas ne dicam ignavia. nisi fulciar congressu meliorum, elanguiscent
confusus virtus mea, et seipsa deterior euadit. Inter hominum mores parum interest: sed in ratione
doctrina qua nostram omnium vitam continet, magnum discrimen est. Solem Dn. Herbertus et ego
solari mutuum, et Deo gratias agere quod aliquod Studium Sinceritatis his nostris proceribus indidisset:
nunc vero auersi sunt omnium animi, ut nihil spei possit videri superesse. Itaque ille mauult in
sylua sua cum libris suis consensare, & cum Deo in solitudine vitam deperere. quam Brema frui bo-
nic, et esse loco celebri apud contemptores Evangelij Christi. Discessit is a nobis nuper 11 Maii
(ni fallor) quod die nobis hic fuit in Schola conuentus quorundam honestorum virorum. Doctor Eulmi-
chius disputavit satis luculenter de morbis animi sanandis. finita ipsius disputatione, ego quoque pro
meo modulo, dixi quae partim ipsius oratio, partim praesentis miseria sensus suggererat. non dissimu-
lante, abiectum esse a nostris patrocinium veritatis et voluntariam a Christo defectionem tam Scholam
nobis, quam Ecclesias dissipavisse. Aderat & D. Daniel et quidam alij. non sentientes quidem male.
sed tamen una cum lupis cum vulgo, ululantes. Scripserunt iam qui me solent in suis contrarijs
conspicere, quandam summam suae accusationis, quae oblata est alijs ministris ut communibus suffragijs
commendetur. et nescio quo fato, commodum in ipso apparatu hic venit venerator ille perfidus Elardus
Segebadus. qui etiam nunc in urbe est, nihil veritatis istorum suffraginationem in re mala unionem. quae
tum hunc tum alios clamorose Concionatores urbe et patria exiluerat. Ego praeterquam quod pusillus
sum & animo & armis adversus eiusmodi phrenopatas: video etiam aliud hac in re gravius ma-
lum. Puerorum ego moderator, hic habeo quosdam nimis prudentes moderatores qui sic volunt ut
temperari confessiones et patrocinia veritatis ut probentur Academicis neque praebant adversariis oc-
casionem aperte cognoscendi quid sentiamus, & quales simus. Responde (inquiunt) stultus iuxta stultitiam
suam. &c. Non dubium est quin ab eiusmodi sententiae dissimulatores plene impendat periculi mihi
quam ab hostibus manifestarum. Nam & mollior hic solet in me esse ut facile prudentium consilio de-
bilitet: et ea est rursus mea conscientiae teneritudo, ut nisi aperte tandem ore scapham scapham alixera, non
possim quietus esse. sed Esus Dei Deus fortis est quem respicio: & unguis consilij plurimum valet, qui
me (ut spero) non patietur aut circumveniri callidum, aut supra vires tentari. Sig. misericordiae tuae est
an labores ex animo commendo. vix exinde, & mihi in primis venerande. Cuius scribis apud te receptum
esse mihi, viderem erga me benevolentiam tuam exosculor, et grato animo amplector. Vale cum beata coniun-
ge. sorore etiam mea carissima qua sane merito dici possit baculus & salumen huius Senectutis. Brema. T.
& Excell. Studiofissimus Frater in Christo crucifixus pro salute nostra filio Dni Pastore magno

Decima sexta Maii. 1.5. 6.8.
Cantate. mane.

Johannes Molang.